UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 55. Summi Pontificis literæ ad Philippum Serenissimum Regni Moderatorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67649

Visual Library

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„tanquam obſequentiſſimos filios co„ſtantiſſime perſeverare. Nos interi„Dominationi tuæ Reverendiſſimæ „Deo opt. max. omnia fauſta prec„mur.„

Datum Romæ ſub Sigillo Trium noſtrorum Ordine priorum. Die 16. Novembris 1716. Sede plena.

§. LV.

Pontificis literæ ad Regni Regent

Epiſt. pag. 2187. *Laſit. l. c. pag.* 257.

Epiſtola autem, quam Pontifex Philippum Regni Gallici Moderatorem die vigeſima tertia Novembr perſcripſerat, erat hujus tenoris:

„Etſi perſpecta tua pietas, & qu„Nobis ab ipſo ſuſceptæ a Te iſtius Re„gni adminiſtrationis primordio pe„citus es, auctoritatis tuæ præſidiu„ſpem minime dubiam Nobis inger„rent, te omni ope ac ſtudio curatur„eſſe, ut graviſſimum diuque ni„protractum negotium Conſtitutio„noſtræ, cujus initium eſt: *Unige„tus* &c. cum Eccleſiæ plauſu, ac pr„ſus ex animi noſtri ſententia conf„retur: certius tamen atque explor„tius ejusdem propoſiti & volunta„tuæ argumentum, ac pignus acc„pimus, cum dilectus filius noſter Jo„ſephus S. R. E. Cardinalis de la Tr

„moill

„moille, præteritis Menſibus, poſtquam „filialis tuæ erga nos & hanc ſanctam „Sedem devotionis ſenſus abunde „nobis explicaſſet, tuo etiam no„mine Nobis aperuit ejusdem negotii „momenta probe a te intelligi ac dili„genter expendi; ſimulque diſerte ſi„gnificavit maximam, qua ex eo affi„ciebaris moleſtiam, ſedulamque & e„nixam curam, qua illud optatum ad „exitum perducere ſatagebas: quippe „qui funeſta in Eccleſiam inde oritura „diſſidia & luctuoſas rerum perturba„tiones, quibus florentiſſimum iſtud „Regnum involvi poſſet, pro ſpectata „prudentia tua luculenter agnoſceres, „præterea, ut juſtiſſimam hanc & Ca„tholico Principe plane dignam ſollici„tudinem tuam penitus diſpiceremus, „nonnullas Nobis propoſuit expediendæ „rei rationes, quas ad reſtituendam „tantopere neceſſariam Eccleſiæ tran„quillitatem utiles arbitrabaris, adjecit„que, ubi illæ a Nobis minime probaren„tur, Te alia etiam Conſilia, quæ Nobis „magis opportuna & efficacia cenſuiſſe„mus, juvare ac promovere paratum eſſe, „cujusmodi ſane officium filialis amoris „& obſervantiæ plenum certam illam, „quam dudum conceperamus, tanti „momenti negotium recte & quiete „tranſigendi ſpem plurimum auxit &

Sæc. XVIII. A.C. 1716.

Sæc. XVIII. „confirmavit. Doluimus tamen vehe-
A. C. 1716. „menter dilectiſſime in Chriſto Fili no-
„ſter, quod integrum liberumque No-
„bis non eſſet propoſitis a Te conſili-
„obſecundare, cum iis omnino refraga-
„rentur illæmet ineluctabiles rationes,
„quarum intuitu conſtanter a nobis a-
„lias rejecta fuerunt, nec porro mi-
„norem hauſimus moleſtiam ex eo,
„quod alia remedia ſuggerere neque-
„quam Nobis liceret, obſtante ni-
„rum rei ipſius natura, cui, ubi fid-
„& Eccleſiæ unitatem ſalvam velim-
„non alia profecto ratione, quam ſi-
„cera, integraque Renitentium Epiſco-
„porum Obedientia finis feliciter im-
„poni poteſt. Verum tamen rectæ vo-
„luntati tuæ, quantum negotii qua-
„tas patiebatur, reſpondere novumque
„longanimitatis noſtræ documentum
„palam exhibere cupientes, etſi ea,
„quæ in eodem Renitentes Epiſcopos
„prævio maturo examine, jam dudum
„ſtatuta fuerunt, omni ſublata mora
„exequi decreviſſemus, ſententiam
„tamen inivimus communicandi rem
„totam cum venerabilibus Fratribus
„noſtris S. R. E. Cardinalibus, ut eo-
„rum auditis ſententiis adhuc maturius
„procederemus: Nullus porro inter il-
„los inventus eſt, qui propoſiti noſtri
„juſtitiam non comprobaret: quibus

„dam

„dam dumtaxat ſibi a Nobis permitti Sæc. XVIII. A. C. 1716.
„poſtulantibus, ut priusquam conſtitu-
„tam ſeverius agendi rationem inire-
„mus, per Nos liceret ſacro eorum Col-
„legio ad Cardinalem de Noailles lite-
„ras dare, quæ ipſum ad præſtandam
„tam conſpicui cætus exemplo debitam
„conſtitutioni noſtræ obedientiam ad-
„ducere, ac urgere valerent, haud levi
„concepta fiducia, quod ubi ipſe ad ju-
„ſtitiæ ſemitam rediret, ceteri quoque
„eidem adhærentes Epiſcopi facile il-
„lius veſtigia eſſent ſecuturi; ſi ſecus
„accideret, eo amplius coram Deo &
„hominibus inexcuſabiles forent, qui
„novo huic paternæ noſtræ patientiæ
„experimento non ceſſiſſent. Scripſit
„itaque ſacrum Collegium ad præfa-
„tum Cardinalem Epiſtolam, qua om-
„nibus adhibitis fraternæ charitatis of-
„ficiis, luculenter oſtendit non modo
„quam enixe cupiat, verum etiam quan-
„topere deceat, ut ſpectabile adeo
„Membrum nequaquam a Reliquis ſe-
„jungatur in re, quæ ad totius præcla-
„riſſimi Corporis honorem, & decus
„maxime pertinet. Nos ſinſuper, ut
„uberior ex ejusmodi Epiſtola fructus
„colligi poſſit, eodem tempore aliis no-
„ſtris in ſimili forma Brevis ad univer-
„ſos iſtius Regni Epiſcopos datis lireris
„eorum Zelum, qui memoratam no-

Sæc. XVIII. A. C. 1716.

„ſtram Conſtitutionem amplexi fuerun
„hunc ipſum in ſcopum excitandum d
„ximus, plane confiſi, fore, ut juncti
„cum adeo ferventi, gravique Card
„nalium cohortatione Epiſcoporum o
„ficiis prædictus Cardinalis, aliiq
„Diſſidentes Epiſcopi inflecti tande
„ac vinci poſſint. Rebus ita diſpoſi
„tum demum felicem prorſus exit
„Nobis, benedicente Domino, polli
„mur, ubi eodem Domino, per qu
„Reges regnant & legum condito
„juſta decernunt, mentem tuam,
„confidimus, dirigente, deliberatio
„bus noſtris prævalidæ authoritatis tu
„robur accedet; unde inprimis E
„cleſia, Gallia, ac nos ipſi fructum ill
„aſſequamur, quem tanto abhinc te
„pore vehementiſſime exoptamus. C
„terum ubi ſpem noſtram adhuc fr
„ſtrari, ac debitam præfati Cardina
„ejusque ſociorum ſubmiſſionem lo
„gius differri contingat, nihil nos pr
„fecto prohibebit, aut retardabit, qu
„minus ea, quæ in ipſum jam diu d
„crevimus, absque ulteriori mora ex
„cutioni demandemus, eumque in
„nem omni divinitus tradita Nobis p
„teſtate utamur, ut ab Eccleſia Cath
„lica tandem graviſſimum ſcandalum
„tollatur, quod nimio jam bonos om
„nes horrore perfudit & diutius a Nob

„tol

„toleratum non modo noſtram, ſed e- Sæc. XVIII.
„tiam plurimorum fidelium Apoſtolicæ A.C. 1716.
„noſtræ ſollicitudini commiſſorum æ-
„ternam ſalutem manifeſtum in diſcri-
„men adduceret. Conſcii enim probe
„ſumus, & fiduciam habemus ad Deum,
„quamdiu Catholicæ fidei veritatem,
„& Eccleſiæ unitatem ſervandam unice
„ante oculos habuerimus, nullis Nos
„debere, nec poſſe aut perturbationi-
„bus concuti, aut periculis deterreri,
„Sed minime dubitamus, quin hoc
„caſu ſicuti Nos nihil intentatum reli-
„quimus, ut mitia remedia hactenus a
„Te adhibita optatum effectum ſorti-
„rentur: ita viciſſim tu, ubi iſta ne-
„quaquam proficient, validiora, quibus
„utemur, ſtrenuo brachii tui præſidio
„fulcias & alacri prorſus animo pro-
„moveas. Hæc omnia tibi fuſius expo-
„net Venerabilis Frater Cornelius Ar-
„chiepiſcopus Carthaginenſis nuncius
„iſthic noſter, a quo inſuper intelliges,
„quid nuperrime decernere compulſi
„fuerimus, ut inauditam hucusque Fa-
„cultatis Theologicæ Pariſienſis auda-
„ciam ſalubri aliqua ſeveritate coer-
„cendo, aberrantes illius ſcholæ Do-
„ctores in viam juſtitiæ primo veluti
„paſtoralis virgæ ſtimulo, paterne re-
„vocaremus. Quam ſane rem eo Tibi
„gratiorem fore ſperamus, quod probe

Sæc.XVIII. A.C. 1716.

„compertum habemus, quam moleſti
„Tibi acciderit ejusdem Facultatis in-
„conſulta, ac impudentiæ plena agendi
„ratio, ob quam ſicut beneficiis ab hac
„ſancta Sede olim obtentis exui, ita
„patrocinio tuo deſtitui jure meretur.„

§. LVI.

Ejusdem ſummi Pontificis epiſtola ad Epiſcopos Acceptantes.

Epiſt. Clem. XI. p.2179.

Die autem vigeſima Novembris Pon-tifex ad Franciæ Præſules, qui ob-ſequioſo animo ejus Conſtitutionem ac-ceptaverant, hæc perſcripſit.

„Tertius jam annus præteriit, ex
„quo nos Paſtoralis non minus mune-
„ris noſtri debito admoniti, quam cre-
„bris variorum Catholici orbis Antiſti-
„tum, præſertim vero ex Fraternitati-
„bus veſtris complurium precibus ex-
„citati: quin etiam piis ac ſæpius re-
„petitis clar. me. Ludovici XIV. dum
„vixit, Francorum Regis Chriſtianiſ-
„ſimi votis & officiis adducti, divini
„imprimis præſidio tam privatis quam
„publicis obſecrationibus implorato
„curaque omni, ſtudio ac labore, prout
„rei gravitas expoſcebat, diutiſſime
„collatis, Apoſtolicam Conſtitutionem,
„quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius:* ad-
„verſus librum Gallico idiomate jam
„pridem